



Disputatio juridica inauguralis de raptu virginum

<https://hdl.handle.net/1874/342820>

9

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
RAPTU VIRGINUM.

Q U A M,

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOHANNIS MUNNICKS,

Reip. Ultrajectinae Poliatri, atque in inclytâ ejusdem Academiâ
Medicinæ, Anatomæ & Botanices Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicorum consensu & Alme
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus

& Privilegiis ritè consequendis,

Eruditorum Examini subjicit.

FREDERICUS BEERNINCK, Ultraj.

Ad diem 3. Junii, horâ locoque solitis.



TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academice
Typographi, cl. Ic. Lxxxv.

Doctissimis ac Praclarissimis VIRIS,

**D. FREDERICO
BEERNINCK,
Mercatori diligentissi-
mo, Patri suo charissi-
mo.**

**D. DAVIDI
FREDERICO FROWEIN,
Viro gravi ac erudito,
socero suo dilectissimo.**

Hanc Inauguralem Disputationem ex affectu

Offert & Dedicat

FREDERICUS BEERNINCK.



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS

D E

RAPTU VIRGINUM.

THESSIS I.



Ecundum mores materia quædam pro viribus exponenda, humeris ad gradum contendentium cum incumbat, hanc de raptu virginum potissimum elegi; ast quoniam Raptus sine vi fieri haud potest, Etymologiam hujus vocis præmittendam esse arbitratus sum. Vox hæc non-

nullis à βια venire placet, ut β: convertatur in ν consonum, quomodo à βέλω est volo à βενίο venio pluraque alia: at mihi sententia Terentiani Mauri magis arridet, qui Cap. de syllabis deducit hanc vocem à Græco ις, ιδὲ converso tenui spiritu in ν, quomodo ab

A 2

epua

4 DISPUTATIO JURIDICA

μῶ, vomo, ab ἔπ., ἤρ., ver &c. Nempe Άoles, quos Latini sequuntur vocali præmittunt F vel B. itaque pro ἄς dicunt Fis vel Bīs unde vis. ἄς proprie est fibra aut nervus, sed quia robur in nervis consistit, ideoque etiam pro vi seu robore usurpatur.

III.

Vis vox ambigua est, interdum jus in aliquem. §. I.
Inst. de tut., interdum quoque atrocem illatam injuriam denotans. l. 3. ff. §. I. *quod met. caus. gest.*

III.

Quæ posterior significatio sequenti materiæ usui esse quia potest, generaliter definitur esse *majoris rei impetus qui repellere non potest*. l. 2. ff. *quod met. caus. gest. erit*.

IV.

Vis divina vel humana est. Divina (quæ vis major appellatur l. 25. ff. §. 6. locat) est quæ humano consilio neque provideri neque vitari potest, humana quæ homini ab homine infligitur.

V. Hu-

V.

Humana duplex est justa vel injusta. Justa exempli gratia , quæ à magistratu jure honoris , quem sustinet infertur . l.3. §.1. ff. quod. met. c. gest. Injusta , quoties aliquis ab alio id quod deberi sibi putat , per judicem non reponscit .

V I.

Præmissa vocis vis necessaria explicatione , publici criminis hujus raptus enodatio ut facilitetur , sic definitur . *Abductio violenta virginis honestè viventis , explenda libidinis vel matrimonii causa* . Quæ magis , ut placere possit verborum sensum adjungam .

V I I.

Abductio fit cum virgo de loco in locum aufertur , differt à Retentione , qua ubi invenitur , ab hominum conspectu secluditur . Si quis dicat talem abductionem violentam esse plagium , l. 1. & 7. Cod. ad leg. fabiam : verisimile quid videretur dicere , nisi definitionis sequentia verba (explenda libidinis vel matrimonii causa) differentiam tollerent .

S. DISPUTATIO JURIDICA

VIII.

Virgo est quæ nondum virum passa est, non obstante. l. 13. ff. de verb. sign. Ubi virgo (habita ratione sexus) mulier appellatur, omnis enim virgo mulier, non omnis mulier virgo est, quibus honestis virginibus metrices ac viliores opponi solent, quarum in l. unic. Cod. de Rapt. virg. mentio non sit. Nec illarum raptiores ordinaria poena raptus, sed extraordinaria pro arbitrio judicis puniuntur. l. 29. Cod. ad leg. Jul. de adult. nec cum eis stuprum vel adulterium committitur. l. 22. & 29. Cod. dict. tit.

I X.

Quæritur an raptus sit, etiam si virginitas non sit ademta? aff. l. 54. Cod. de episc. & cleric. addita ratione quod raptus fit virginis abductione, non defloratione §. 8. inst. de pub. jud. & in eo differt a stupro quo virginitas adimitur §. 4. inst. d. tit. eodemque capit is suppicio cum amissione bonorum raptores plectendos esse censeo, etiam si defloratio neendum secuta est Prince. d. leg. Cod. de Raptu virg. Quamvis dissentiat harprecht propter d. l. verba maxime cum Sc. sed sunt intelligenda, quod frequenter raptum comitatur defloratio.

In-

X.

Ingenuæ vero raptæ tanta pars bonorum adjudicatur , quanta providentia judicum placuerit. Si ancillæ vel libertinæ rapinam passæ fuerint , raptiores supra dicta , tantummodo capitali pœna plectendi sunt , absque deminutione substantiarum suarum. *Cod. d. leg. s. l. iij. de rapt. et rapto mulieris lev.*

X I.

Neque raptam raptor sibi uxorem exposcere potest , quia hostili more matrimonia sibi conjungere studet *s. i. d. tit.* Rupta vero , si raptoris matrimonium elegerit , bona ejus denegantur raptæ applicanturque parentibus , deficientibus illis , fisco. *Nov. 143.*

X I I.

Rapienti , si qui auxiliantur , una cum raptore in ipsa rapina , vel flagranti criminè comprehensi , à parentibus , consanguineis , cæterisque , quibus lex permittit , impune interfici possunt , nec tales ab homicidii criminè sunt vacui. *I. unic. princ. Cod. de Rapt. Virg.* quia aliis vim inferre tentantibus , aliis cum indignatione repugnantibus , plagæ crebræ atque ictus vehementes ingeuntur.

Duo-

3 DISPUTATIO JURIDICA

X III.

Duobusmodis cum auxiliantur, pro modo auxilii in illos pœna constituta est, vel auxiliantur in ipsa rapina, his pœna capitis cum amissione bonorum infligitur: vel extra rapinam locando scientes navim vel currum abducendi causa, & hi sola morte puniuntur. Servorum vel ancillarum opem ferentium. Pœna est viviconbum. d. l. un.

IX

X IV.

Imo neque volentibus virginibus rapina permitta est, quod affirm. l. unic. Cod. de R. Virg. versic. sive volentibus. non obstante. l. i. §. 5. ff. de injur. & famos. lib. quia mulier non potest velle in præjudicium illorum subquorum custodia est, dum hoc velle mulieris non, nisi malis persuasionibus, (quod violenta coactione pejus est l. 3. §. 5. ff. de homine libero exhibendo) inductum est, Teste enim Ovid. Epist. 2. heroid.

*Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria: simplicitas digna favore fuit.*

X V.

Porro quidam distinguere si vellent, utrum parentes rapta habeat, nec ne, Constitutio saltem allegata non videtur distinguere, dum in illa pravæ persuasiones & sollicitationes pro vi habentur, ad quas si accedat abductio

ductio è gremio consanguineorum , tutorum vel curatorum , quis vim , & quidam publicam esse negabit ? nec ulla ratio videtur cur non , in pacata civitate legibus congruum matrimonium sibi quærerent . Anton. Mathæus de Criminibus Cap. 2. de pœna & ad leg. ninc. Cod. de Raptu Virg.

X V I.

Parentes si superstites sunt nec dolorem , nec rapi-
nam remittere queunt , cum tamen deportatione ple-
ctuntur . l. unic. Cod. b. t. neque videtur hoc pugnare ,
cum præcepto servatoris nostri (de remittendo debito)
quia lex hactenus vetat remitti , ne per eam remissio-
nem raptor subducatur à pœna publica , non obst : l. 5.
§. ult. ff. ad leg. Jul. de vi publica , ubi pater injuriam
sibi illatam remittit . Et postea si parentes consenserint ,
ut indigni , raptoris bonis privantur .

X V I I.

Virgo si virum rapuerit eadem pœna capit is plectenda
est , imo quoque si rapienti auxilium præbuerit . l. unic.
Cod. b. t. §. pœnas. Dum hoc persuasionibus , (quæ pro
vi habentur) fieri potest , neque virgo verecundiam
excedens , tantum scelus patrando , mitius puniri de-
bet .

Quæ-

10 DISPUT. JURID. INAUG.

etiam hys impotis . muncionibus omnisq; à cibis
& alijs qd; illis macto X V I I . i . mis. s. op. macto
huius servit p. n. nos t. m. t. d. illi s. et

Quæritur Raptor per fugam evadens , an habeatur pro confessio & convicto ? negatur . l. unic. Cod. b. t. nisi post cognitas probationes , opponi posset , quod ipsa fuga satis probat & fugientem convincit . l. 28. ff. §. 1. de bonis libert. Resp. , si ante raptum in conatu fugit , morte non condemnatur , quia simplex ea fuga non est raptus probatio , sed si post raptum fugit , distinguendum est , vel ex solo metu , tunc de criminis adhuc convinci debet , cum se posset defendere ; aut fugit cum convictus est , tunc nil nisi condemnatio restat .



CO-



COROLLARIA.

I.

Tutela est ex jure civili.

III.

Præda ab hostibus capta fit capientis.

III.

*Servitutes formales jam constituta, sive
rusticæ sive urbanae sint, pignori dari
non possunt.*

IV.

*Testamentum recte definitur in l. I. ff.
qui test. fac. poss.*

Sti-

V.

Stipulatio per epistolam non contrahitur.

V I.

Usufructuarius usumfructum alienare non potest.

F I N I S.

